17

I

ex Bononia pridie Kal. marcias. M.cccc.xxviiij.

Franciscus Philelfus Leonardo arretino sal.

i Erunt ad me tandē litteræ ex castris a legato apostolico: quib⁹ tuto hinc ad uos ire ꝑmittit. Itaq; ad triduū aut quatriduū bonōia abibo Forꝝ Corneliū uersus: ita enī q̄ Immolā appellare libet: Nā illud iter longe tutius est hoc tp̄e (ꝑpt̄ hostiū castra: quæ a reliquis ꝑtib⁹ urbi adiacēt) q qđ recta Florētiā agit. Intellexi deniq; qđ i causa fuerit: q̄ hæ litteræ ante hūc diē mihi negatæ sūt: Cōspirarāt nonnulli ciues ac sacerdos quidam ex ordine æternitatum pro Martino pontifice maximo cōtra hāc rempu: Et quia legatus credebat certo urbe se potiturū: nolebat me hinc abire. Sed ea conspiratio & detecta est: & de cōiuratorib⁹ omnibus supplicium sumptum. Quare legatus spe sua frustratus: ultro litteras ad me misit. Tu me inclytis principibus istis tuo more & cōmendatū & carū reddito: tibiq; in primis. Vale ex Bononia pridie nonas Apriles. M.cccc. xxviiij.

Franci. Philel. Frācisco barbaro sal.

e X Immolā hasce litteras septimo idus Apriles ad te dedi: qū essem postridie Florētiā petitur⁹. Quid enī diuti⁹ Bononiæ expectarē in tanta gladioꝝ ipunitate: Me plurimū miseret illius afflictæ urbis: quæ omni facinori: omni imanitati est: diritatiq; exposita: Ibi quicquid cuiq; collibuerit: licet. Nullus est clemētiæ: nullus commiserationi locus. Quare & si nihil mihi metuēdum erat (quippe q omnib⁹ essem charissimus) tamen oia metuebā in tanta ciuium cæde. Spero mihi florentiæ fore secūda oia: siquidē loc⁹ erit doctrinæ & innocētiæ. Qua in urbe qū fuero scribam ad te pluribus: Nūc ex itinere ꝑlixiori mihi esse nō licuit. Vale ex Immola. vij. Idus Apriles. M.cccc.xxviiij.

Franciscus Philelfus Leonardo Iustiniano sal.

e Ripui me tandē ex Bononiēsi naufragio: quo tota urbs perit: petoq; Florentiā: quo sum & honorifice & pulcherrimis quidem præmijs publice accersitus. Itaq; nō mireris: si in præsentia paucis tecū egi: hæc enim ex itinere scripsi tibi. Cū Florentiæ mihi per ocium dabit: pluribus tecū agā. Interea tēporis rogo te per humanitatē tuā

c

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-ii-153/0033
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG